



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

77 Regularis literas dans, vel recipiens sine superioris licentia. non est proprietarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

catio a Capitulo Generali lata, Priorem Carthusianum male appropriantem, vel impendentem valorem trium solidorum, & non manifestantem non ligat: quia licet in favorabilibus, non tamen in odiosis appellatione Monachi venit Abbas, aut Prior qui est superior Monasterij; Neque mens Capitulo est Priores dicto suo statuto comprehendere, ut ex verbis statuti, quod Monachos subditos Priori appropriationem non manifestantes solum excommunicat, manifestum est.

DECISIO LXXVII.

77 Monachus Carthusianus, aut alius regularis, si et accipiendo, vel dando literas sine superioris licentia, contra votum paupertatis non peccet, sed solum contra votum obedientiae, c. non dicaris. 12. q. 1. cum charta literarum data, vel recepta communitate inuicis, & nulli us estimationis sit, & consequenter peccatum proprietatis non incurritur eas dando, vel recipiendo, eo quod non est appropriatio boni pecuniarij; Si tamen charta sic data, vel recepta aliquo pretio notabili valeat, & tamen saltem characteribus auratis, vel alijs imaginibus affabre depictis, & illustratis, eius datus, vel receptio peccatum etiam mortiferum proprietatis erit, & proinde Priori sub poena excommunicationis manifestandum.

DECISIO LXXVIII.

78 Monachus, quamuis regulariter eat, quae sibi superflua sunt de ijs, quae ad se alendum tribuntur, in opera pia pro suo arbitrio distribuere non potest, maxime si aliqua constitutione expressim praecipitur illi sit, ut omnia, quae illi ex cibo, & vestitu superflua sunt, communitati reddat; quando tamen, & quibus dantur aliqua pro sua sustentatione ad aliquid negotium peragendum, e. lege, ut ipse nihil amplius a Monasterio, neque Monasterium ab eo rationem impensarum petere possit, siue plus, siue minus impendat, reliqua in usus pios, & elemosinam impendere valet. Et data regulari in suum victum, & vestitum, in dubio ita dari videtur, ut honeste reliqua in usus pios impendere possit, in quos ipse praelatus iuste impendere potuit; quia tacite videtur sibi data illi facultas, nisi per alia sua statuta, vel alia iusta praelati praecipua restricta; praesertim cum talis licentia dandi superflua pauperibus, ut plurimum Regulari maxima occasio sit abstinentiae, sobrietatis, paupercitiae, continentiae, modestiae, & charitatis, quae est vinculum perfectionis.

DECISIO LXXIX.

79 Legatum Monacho donec Superior permiserit ei in suos usus priuatos, & non ultra, factum, valet nec vlla lege prohibetur; cum usus talis voto solenni, aut simpliciter, nullo modo contrarius sit. Is enim si usus proprietarius dicitur, qui occulte, vel contra voluntatem superioris aliquid tenet; prout asserit Ioan. And. in cap. cum ad monasterium, de stat. regu. sine Superioris autem licentia expressa, vel tacita Monacho nihil legari, aut donari potest, cum potius perdat, & desinat eidem legatum, simul ac Superior noluerit ut eo utatur. An vero legatum Monacho donec Praelatus ei eo vi permiserit, repudiare expediat, praelatus serio, & prudenter, habita ratione paupertatis Monasterij, Nobilitatis & affectionis legantis, & status legatarij pensare debet.

DECISIO LXXX.

80 Carthusianus peccatum proprietatis alienando, vel occidendo rem Monasterij committens illud Priori ante diem Coenae iuxta statutum ordinis manifestando, quamuis excommunicatorem non incurrat, illud tamen al cui habent potestatem sacramentaliter a peccato absoluerit, si prius tenetur, dummodo ante diem Coenae vel Missam celebrare, vel Eucharistiam fumeret velit; cum iure Diuino omne mortale ante communionem confitendum sit, ex Conc. Trid. sess. 13. c. 7. c. 11. contra quod Capitulum Generale ordinis nec aliquid statuit, nec statueret potuit, sed solum statuit, ut excommunicationem in-

curreret, qui peccatum proprietatis ante diem Coenae Priori non reuelaret: Quod si quis post peccatum proprietatis admissum, confessionem praemiserit, Missam celebraverit, aut communicauerit, tacito illo proprietatis peccato, quod proponebat ante diem Coenae Priori manifestare, illas omnes confessiones, tanquam non integras, reiterare tenetur; Cum Confessio, quae non est integra omnium peccatorum mortalium, quorum poenitentiam memoriam habet, nihil valeat omnes, de poenitentia & remissio. c. 1. Scatus. de poenitentia d. 5. ex Conc. Trid. sess. 14. c. 5. & Nau. in Man. c. 9. nu. 11. Quamuis si quis Monachus adeo simplex, & ignorans esset, ut bona fide probabatur si eundem statum suum crederet auctoritate fuisse, vel ex eo periculum, quod per tale statutum leniretur onere illud confitendi usque ad diem Coenae, nec tacendo illud peccatum in prioribus confessionibus peccare; nec confessiones tacito illo factas iterare tenetur ex Card. in clem. 1. q. 39. de priuilegiis. & Nau. in Man. c. 8. nu. 12.

DECISIO LXXXI.

81 Sante statuto ordinis Carthusiani, quo Confessarius expressus in ablatum a Priori a referendis contentis aboluere possit; ita tamen ut iterum eidem Priori referuata crimina, quam primum eius habuerit copiam, confiteatur penitens; Monachus, qui peccata mortalia tam referuata, quam non referuata admisit, praefato Confessario expedito omnia tam referuata, quam non referuata, ex mentem omnium confiteri tenetur; quia confessionis integritas requirit, ut quo quis memoriam habet, vni, & eidem Confessario, nisi aliquibus casibus quoru de numero non est hoc confiteatur. ita S. Th. 4. d. 17. q. 3. d. 4. q. 2. 4. & quodlibet 4. q. 3. ar. 4. Sor. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. & fauce Trid. sess. 14. c. 5. Can. 7. Praelato autem redeunti, vel eius Commissario referuata tantum confiteri sufficit, si post priorem omnium confessionem, nec alia contenta commiserit, nec recorderet alicuius peccati nondum legitime confessi, quia reliqua sunt penitus iam absoluta; Sin vero aliquid peccatum de nouo admisit, vel vetera non confessa in memoriam venerint, illa etiam non essent referuata, cum referuatis eidem Priori, aut habenti ab eo absoluendi potestatem confiteri tenetur, quia confessio haec, non solum quando referuata tantum prius confessio expedito confessio, sed etiam quando alia simul non referuata, nec prius dicta, confiteatur, sacramentalis est, & nouam gratiam tribuit, & proinde integra esse debet.

DECISIO LXXXII.

82 Cvm eadem sit potestas Vicarij in Spiritualibus, & Prioris Carthusiani defuncti, vel obdilectum depositi, Arg. c. Non pugnas, de consuet. in 6. & c. Romana 1. de appell. in alienatio, & dispensatio facta a Monacho de Vicarij licentia, vel confessio peccati proprietatis eidem facta, aut ab excommunicatione obtemperata absolutio valet, sicut si ab ipso Priori obtemperata, concessa, & facta fuerit eodemque modo manifestatio proprietatis facta visitatori tenenti locum Prioris, & Vicarij, eis deficientibus adeo valida censetur, ut priori nouo fieri non sit necessarium. c. Relatio, & c. illud 2. q. 1. c. cum Nobis. de elec. & c. is cui prouisio, de elec. in 6.

DECISIO LXXXIII.

Ex conf. 2. alias 9. de censib.

83 Monasterium S. Trinitatis in monte Pincio in vrbe Romana, sicut a Rege Galorum erectum fuit; ita non solum Correctorem, sed etiam alios officarios, imò & omnes alios fratres, qui habent ius suffragandi, seu vocem in Capitulo, Gallicae nationis requirit, & Nouitios Galos inueniens, a sacri Nationum nouitios recipere non potest; Sed praeterea Monachi etiam subrogati loco aliorum, qui aliqua de causa ad alia Monasteria ordinis mittuntur, Galiam esse debent; eo quod subrogati in iuram eius, cui subrogati, sapere debet, c. ecclesia. vi. hinc pend.